

ΠΩΛΗΣΗ ΠΛΟΙΟΥ

Μεθώνη, 1343, 4 Δεκεμβρίου

«*KALENDIS. Millesimo trecentesimo quadragesimo tercio, mensis decembris die quarto intrante, indicione duodecima, Mothoni, Francus Niçeta de Salonicho, Constancius Strovoliati de Nigroponte et Demitrius Morfino de Salonicho cum suis sociis rogaverunt fieri cartam venditionis de una sua griparia vocata Sanctus Johannes, cum duobus arboris et duobus antenis et duobus timonibus, ser Paulo Patalleon habitatori Mothoni et civis Veneciarum, cum consilio, ad plenum, pro hyperperis CXXX; de quibus hyperperis CXXX suprascripti Francus Niçeta cum sociis suis suprascriptis dicunt et diserunt se bene esse solutos et appaccatos.*

*Testes: dominus Iohannes Contareno honorabilis castelanus Coroni et Mothoni, dominus Leonardus Venerio dictorum locorum consiliarius, ser Iacobus Trivisano scriba Mothoni, ser Iohanninus de Blancolino, ser Nicholaus de Botis*<sup>144</sup>.

111

1332-1525. Νοταριακές και διοικητικές πράξεις. Βενετία, Ρέθυμνο, Ρώμη, Σητεία, Χάνδακας [λ, ι].

Z. Τσιρπανλής, *Τὸ κληροδοτήμα τοῦ καρδινάλιου Βησσαρίωνος γιὰ τοὺς φιλενωτικούς τῆς βενετοκρατούμενης Κρήτης (1439-17<sup>ος</sup> αἰῶνας)*, Θεσσαλονίκη 1967, σ. 92, υποσ. 4· σσ. 237-251, αρ. Α(1-6)-ΙΑ<sup>145</sup>, σσ. 255-292, αρ. ΙΓ-ΚΕ· σσ. 295-301, αρ. ΚΖ-ΑΒ· σσ. 313-314, αρ. ΛΕ<sup>146</sup>.

ΜΙΣΘΩΣΗ ΚΡΗΤΙΚΩΝ ΧΩΡΙΩΝ ΤΗΣ ΔΙΚΑΙΟΔΟΣΙΑΣ ΤΟΥ ΛΑΤΙΝΙΚΟΥ ΠΑΤΡΙΑΡΧΕΙΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ

Χάνδακας, 1332, 20 Οκτωβρίου

«*Die XX.*

*Manifestum facio ego Laurentius Mauroceno, consiliarius et rector Crete, procurator venerabilis in Christo patris et domini domini Cardinalis Mauroceno, Dei et apostolice sedis gratia dignissimi Patriarche Constantinopolitani, habens a dicto domino Patriarcha inter cetera speciale mandatum in ciuitate Candide et per totam insulam Crete inquirendi, interpellandi, affictandi et disfictandi, locandi et dislocandi omnes suas possessions et suarum ecclesiarum cum omnibus suis iuribus et jurisdictionibus et omnes cartas quietationis faciendas et securitatis commissarias et omnes alias cartas faciendas, ut patet publico instrumento facto manu Oliuerini de Auanciis, presbiteri Sancti Pantalei et notarii, sub anno M<sup>o</sup>CCC<sup>o</sup>XXXII<sup>o</sup>, intrante indictione XV<sup>a</sup>, die secundo, mensis septembris, in loco,*

144. αρ. 1.111.

145. Το υπ. αρ. Γ' έγγραφο έχει επαναδημοσιευτεί και στο Παπαδία-Λάλα, *Venetiae quasi alterum Byzantium*, σσ. 215-216, αρ. 2. Πρβλ. σχετ. λήμμα 134 του παρόντος.

146. Το έγγραφο έχει επαναδημοσιευτεί και στο Πανοπούλου, *Venetiae quasi alterum Byzantium*, σσ. 335-336, αρ. 24. Πρβλ. σχετ. λήμμα 73 του παρόντος.

ΑΚΑΔΗΜΙΑ ΑΘΗΝΩΝ



*qui dicitur Ficus in Romania, ab inscripto notario uiso et lecto, quia cum meis successoribus do, concedo et afficto tibi Georgio dela Porta, habitatori in burgo Candide, et tuis heredibus casalia seu loca dela Liuadia et delo Rucani, spectantia et pertinentia dicto domino Patriarche, cum pertinentiis, juridibus et jurisdictionibus ipsis locis pertinentibus, a medietate mensis augusti elapsi inantea usque ad annos quinque proxime uenturos completos, cum plena uirtute et potente intromittendi, habendi, tenendi, possidendi, affittandi fictum et fructus inde recipiendi, et omnes alias tuas utilitates in ipsis et ex ipsis locis usque ad terminum suprascriptum, sicut tibi placuerit faciendi, cum onere suo, nemine tibi contradicente. Pro quorum omnium affictu debes dare et soluere domino Patriarche uel eius procuratori annuatim, uidelicet in fine cuiuslibet anni, yperpera CXXXV hic in Candida salua in terra, omni occasione remota, sub pena dupla pro quolibet termino. Preterea tenueris hinc ad annum unum proxime uenturum conduci facere partitores ad dicta loca, qui designent confines et terminus dictorum locorum, et inquirere et procurare debeas ad recuperandum de terris pertinentibus dictis locis, que retente uel occupate fuissent per alios; quam recuperationem habere debeas in omni tua utilitate, usque ad terminum suprascriptum. Et in complement dicti termini debes dicta loca seu casalia cum terra, que recuperata fuerit dicto domine Patriarche uel eius procuratori pacifice reffutare et in fine dicti termini tenueris dimittere tercium totius terre ratificatum. Si quis et cetera. Pena yperperorum XXV. Contractu firmo.*

*Testes: Jacobus de Soleis, Franciscus de Firmo, Bernardus Sordanus.  
Complere et dare»<sup>147</sup>.*

ΑΚΑΔΗΜΙΑ

112

ΑΘΗΝΩΝ

1333-1457. Διοικητικός οργανισμός δικαστικών και διοικητικών οργάνων της Κρήτης. Βενετία, Χάνδακος [η].  
E. Barbaro (ed.), *Legislazione Veneta. I Capitolari di Candia*, Venezia 1940, σσ. 64-148<sup>148</sup>.

ΚΑΝΟΝΙΣΜΟΣ ΤΩΝ ΔΙΚΑΣΤΩΝ ΠΟΥ ΕΙΝΑΙ ΑΡΜΟΔΙΟΙ ΓΙΑ ΤΙΣ ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ  
ΘΑΝΑΤΩΣΗΣ ΖΩΩΝ

*«Capitulare illius qui est supra meleficum de morte animalium.*

*Juro supra Dei Evangelia quod studiosus eri inquirere et invenire meleficum quod fiet super mortem animalium, uidelicet equorum, jumentorum, bouum et asinorum*

147. σσ. 239-240, αρ. Β.

148. Τα καπιτουλάρια της Κρήτης δημοσιεύτηκαν για πρώτη φορά στο E. Gerland, *Das Archiv des Herzogs von Kandia im Königl. Staatsarchiv zu Venedig*, Strassburg 1899 (πρβλ. σχετ. λήμμα 20 του παρόντος). Δύο μεμονωμένα διατάγματα (σσ. 74-76 στην έκδοση του Barbaro) έχουν δημοσιευτεί και στο Σ. Θεοτόκης, «Οί σκλάβοι εις τὸ Βενετικὸν Κράτος», *Ἑλληνικά* 6 (1933), σσ. 145-148 (πρβλ. σχετ. λήμμα 77 του παρόντος), ενώ τέλος μεταφρασμένα μέρη τους έχουν δημοσιευτεί και στο Σ. Θεοτόκης, «Τὰ καπιτουλάρια τῆς βενετοκρατούμενης Κρήτης (1298-1500)», *Ἐπετηρίς Ἐταιρείας Κρητικῶν Σπουδῶν* 4 (1940), σσ. 114-175.

